

hortatorius. seu laudatiuus. seu hystoricus. uel quocunque modo fiat. semper fit cooperatione trinitatis &c.

LXXXII.

VII B. 12

89 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 165. ejusdem cum

Durent scriptoris cum laudibus expositoris.

Aut quicunque legis opus hoc utriusque memor sis.

Impressus est Commentarius hic *Opp. Ven. Bedae T. VIII. edit. Colon. 1688. a col. 308. f. sed Oudinus T. I. col. 1706. genuinum Bedae foetum esse negat, Mabillonius in Aët. SS. O. S. B. Sec. III. P. I. p. 555. in dubiorum saltem classem rejicit. Quidquid demum fit, eliminanda est in edit. suprac. col. 884. Nota illa, qua monentur Lectores, Bedam morte praeventum Commentarios hosce non nisi ad Psal. CXXI. perduxisse. Nam, ubi Codex, quo Colonienfes usi sunt, imperfectam deserit sententiam: *In qua delectatione***, noster a fol. 145. profequitur: uel in atriis tuis instantes erant pedes nostri id est affectiones nostrae nimis erectae sunt &c.* atque sic Explanatio eodem tenore usque ad ultimum Psalmum decurrit; quam proinde Commentariorum partem typis haecenus nunquam prodiisse putem.*

Ceterum Codici nostro praetextum est folium sec. ut opinor, XIII. exaratum et particulam Libri IV. Aeneid. a v. 78. ad v. 294. complexum; ad calcem ve-

priori praestantiae est Pars II. Exegeteos de Psalmodum Libro, pertingitque a Psalmo LXVIII. usque ad finem. Initium est: *Saluum me fac Deus. In finem. pro bis qui commutabuntur &c.* Ultima Codicis: *Nos quoque quia laboris magnitudinem terminauimus. in spiritu dominum laudemus.*

ro illius sequens Traditionis formula legitur: *Notum facimus tam presentibus quam futuris. quod uiridua quedam. Juta nomine. terciam partem uineque cuiusdam. super aram S. Georii potenti manu delegauit. uiro suo Geroldo nomine uiam uniuersae carnis ingresso. delegauit autem consentiente nepote ejus Alberto. Huius rei testes sunt ex fidelibus huius ecclesiae. Chunradus. iudex. Rubertus cum fratre suo. Ebergerus. — — Hainricus. Wirsingus. Fridericus.*

LXXXIII.

VIII. G. 7.

Codex membraneus lat. Sec. 584 XIII. Folior. 169. 4. nitide exaratus, olim, ut ad calcem habes, *Sancte Marie in Wilberingen*, quod est Coenobium Ord. Cist. Austriae supra Anasum, complectitur *Commentaria in totum Psalterium* a nemine, quod sciam, haecenus prodita, quorum initium: *Beatus uir. Materia huius libri est christus integer caput cum membris. de quo agit propheta hoc modo. Loquitur enim aliquando simul de toto.*